



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll K1 [previously L6] (recto) [Monday] 27 Oct 1600

*N.B. This Roll is elaborately written, in classic Gothic script, but at the top is much faded and worn.*

*L.6.*

Dulwich || Visus Francij plegij cum Curia Baronis Francisci Calton Armigeri ibidem tentus die Lune vicesimo septimo die Octobris Anno regni domine nostre Elizabeth dei gracia Anglie Francie & Hibernie Regine fidei defensoris &c quadragesimo secundo

Essonia Thomas Turnor Essoniatur per Thomam Hamond Edwardus Reynoldes Essoniatur per Johannem Mathewe Xpoferus Savage per Johannem Mathewe Franciscus Borne essoniatur per Franciscum Feringe Ricardus Needham per eundem Johannes Cassinghurst per Thomam Beck Johannes Heath per eundem Robertus Badger senior per Robertum Badger Juniorem Jacobus Pynfold per Johannem Hunt Walterus Hethersalle per Johannem Staple & Robertus Kingsland per Nicholaum Foster

Jurati pro domina Regina cum homagio  
Nicholaus Knight generosus  
Thomas Parrye generosus  
Nicholaus Foster  
Johannes Bone  
Johannes Hall

} Jurati

Johannes Ambler  
Robertus Badger Junior  
Johannes Mathewe  
Ricardus Watford  
Johannes Lewes  
Thomas Beck

} Jurati

Henricus Mathewe  
Georgius Barrett  
Henricus Hunter  
Thomas Hamond  
Robertus Best

} Jurati

Ad hanc Curiam venit Johannes Staple qui remansit infra precinctum Manerii predicti per spacium unius Anni Et Juratus est domine Regine

Juratores pro Domina Regina presentant super sacramentum Johannis Halle quod [blank] Lewes Vidua & Elizabeth Longe Uxor Johannis Longe fecerunt rescussum super Ricardum Wright & Johannem Woghane servientes predicti Johannis Halle & eripuerunt porcos suis a predicto Johanne & Ricardo contra pacem Domine Regine nunc Ideo ipsi in

misericordia

**Et** quod Ricardus Bassingtone perfregit parcum Domini Ideo ipse in misericordia

**Et** quod mete anglice the Buttes sunt in decasu pro defectum reparacionis earumdem Ideo Inhabitantes Villa de Dulwich sunt in misericordia vjd Et ulterius preceptum est eis reparere eas ante festum pentecostes sub pena iij<sup>s</sup> iiij<sup>d</sup>

**Et** quod Johannes Goare generosus Walterus Crane Edwardus Strange Ricardus Stukdove Johannes Goodworth Johannes Longe Ricardus Henricke & Arthurus Pepper sunt resientes infra precinctum huius Visus Francij plegii debent sectam huic Curie Et fecerunt defaltam Ideo quilibet eorum in misericordia ij<sup>d</sup>

**Item** eligerunt Johannem Boane ad exerciendum officium Constabularii pro hoc Anno sequente Et Juratus est

**Item** eligerunt Johannem Ambler & Georgium Barret ad exerciendum officium Decennarii pro hoc Anno sequente Et Jurati sunt

**Item** eligerunt Henricum Mathewe ad officium gustacor serviciae pro hoc Anno sequente Et Juratus est

**Homagium** presentat quod Paulus Bushie Clericus Custumarius Tenens huius Manerij sursum reddidit in manus Domini per manus Nicholai Knyght & Thome Parrye ,duorum Consimilium Tenentium istius Manerij secundum consuetudinem Manerij illius Unam acram terre Custumarie vocatam Kennalles Acre sive sit plus sive minus in Dulwich predicta Abbutantem super terram Francisci Caltone Armigeri versus Austrum & occidentem super regiam Viam versus orientem Et super terram Humfri Emersoni generosi versus boream cum suis pertinentiis quibuscunque dicte acre pertinentibus Ad opus & Usus Humfri Emersoni Juniori filij Junioris predicti Humfri Emersoni & heredum suorum unde accidit Domino de Heritto iiij<sup>d</sup> existentem Annualis redditus quia nullus habuit animalia Et quia nullus venit ad sursum capiendum tenementa predicta ex manibus Domini Ideo preceptum est Ballivo seisire in manus Domini eadem tenementa cum pertinentiis Et de exitibus inde Domino respondere &c /

**Item** presentat quod Nicholaus Knight Custumarius Tenens huius Manerij sursum reddidit in manus Domini per manus Thome Parrye & Nicholai Foster duorum Consimilium Tenentium istius Manerij omnes has parcelas terre Custumarie sequentes videlicet unum mesuagium unum horreum unum pomarium cum suis pertinentiis unum pictellum continentem per estimacionem unam acram Unam peciam terre vocatam Howlettes continentem per estimacionem quinque acras Unum Clausum vocatum le Wheatfeild continentem per estimacionem duodecim acras Unum

Clausum vocatum le Otefeild continentem per estimacionem duodecim acras Unum Clausum vocatum le Fallowe vel le Wheatfeild modo seminatum & les Coppes citra eandem continentem per estimacionem septem acras & dimidiam Unius acre les bornes cum les Coppes circa eosdem continentem per estimacionem tres acras le slippe & Le Coppes adiungentes ad lez eighteene acres continentem per estimacionem tres acras Lez Coppes Vocatas le Wateringe continentem per estimacionem duas acras cum omnibus & singulis suis pertinentiis Ad opus et usum Edwardi Duke generosi & heredum suorum secundum consuetudinem Manerij sub hac Condicione sequente videlicet quod si predictus Edwardus Duke & quidam Franciscus Caltone heredes Executores Administratores vel Assignati suis vel utriusque eorum bene & fideliter solvant prefato Nicholao Knighte Executoribus Administratoribus vel Assignatis suis quadringentas libras bone & legalis monete Anglie modo & forma sequente videlicet Centum libras inde super festivum diem sancti Bartholomei Appostoli proxime sequentem datum predictae sursum reddicionis Et super festivum diem sancti Bartholomei Appostoli qui erit in Anno Domini millesimo sexcentesimo primo alias Centum libras Et super festivum diem sancti Bartholomei Appostoli qui erit in Anno Domini millesimo sexcentesimo secundo alias Centum libras Et super festivum diem sancti Bartholomei Appostoli qui erit in Anno Domini millesimo sexcentesimo tercio alias Centum libras Ad tunc domum mancionalem Humfri Emersoni Generosi in le Burrowe de Southwarke secundum Condiciones quatuor separalium scriptorum obligationum inde per predictum Franciscum Caltone & quendam Edwardum Wilsonem Clericum prefato Nicholao Knight confectus Sed si fuerit defaulta solucionis aliquarum dictarum Summarum quod tunc sursum reddicio predicta vacua foret & omnes admissiones superinde habiturae Et quod tunc & extunc licitum foret prefato Nicholao Knight & heredibus suis in premissa predicta cum pertinentiis reintrare & eadem rehabere ut in pristino statu suo hac presente sursum reddicione vel aliquo in eodem contento in contrarium non obstante Et quia nullus venit ad Capiendum sursum reddicionem predictam Ideo remanet in manus Domini pro defectum Tenentium &c . / .

**Item** presentat quod Paulus Bushie Clericus qui de domino tenuit libere sibi & heredibus suis Unum Mesuagium & sex acras terre cum pertinentiis vocatum Kennalls sive sit plus sive minus per fidelitatem secte Curie & redditum octo denariorum per Annum citra ultimam Curiam alienavit premissa predicta cum pertinentiis cuidam Humfro Emersoni & heredibus suis unde accidit Domino de relevio vij<sup>d</sup> Et quia predictus Humfrus non venit tam ad solvendum relevium quam ad faciendum fidelitatem Ideo preceptum est ballivo quod distringat ipsum ita quod sit ad proximam Curiam pro Manerio predicto tenendum ad faciendum fidelitatem & alia servicia pro ipso debita & de iure consueta &c . / .

**Item** presentat quod Elizabeth Frinde qui de Domino tenuit libere sibi & heredibus suis Unum Mesuagium Unum Horreum & Unum gardinum cum pertinentiis per fidelitatem secte Curie & redditum ij<sup>d</sup> obolum per Annum obiit citra ultimam Curiam Unde accidit Domino de relevio ij<sup>d</sup> obolum Et quod Et quod [sic] [Rebecca] Frinde [Agnes] Frinde & [Mary] Frinde sunt filie & coheredes predictae Elizabeth Et quia ipse non veniunt tam ad solvendum relevium quam ad faciendum fidelitatem Ideo preceptum est Ballivo quod distringat eas quod sint ad proximam Curiam pro Manerio predicto tenendum ad faciendum fidelitatem & alia servicia pro ipsas debita & de iure consueta &c .

**Et** quod Edmundus Bowyer Armiger Johannes Bowyer generosus Paulus Bushie Clericus Nicholaus Knight generosus & Elizeus Parrye sunt Custumarii Tenentes istius Manerij debent sectam huic Curie Et fecerunt defaultam Ideo quilibet eorum in misericordia ij<sup>d</sup> . / .

Et ulterius presentat omnia bene

Summa huius Curie [blank]

[End of K1 [previously L6] (recto). K1 [previously L6] (verso) follows below.]

[At the top, in ?Edward Alleyn's handwriting :] Court rowlls Holden

by Si<sup>r</sup> Fran Calton but ther

wants many .

---

Roll  
L.1--9

Roll K1 [previously L6] (verso)

[Tuesday] 26 Oct 1602

L 6 V

Dulwich ¶ Visus Francij plegij cum Curia Baronis Francisci Caltone Armigeri ibidem tentus die Martis Videlicet Vicesimo sexto die Octobris  
Anno regni domine Elizabeth dei gracia Anglie Francie & Hibernie Regine fidei Defensoris & c quadragesimo quarto

Essonia ¶ Nicholaus Foster essoniavit de communi Robertus Starkey essoniavit de communi Walterus Bone essoniavit de communi Cristoferus Savage essoniavit de communi Thomas  
Walker Essoniavit de communi Thomas Lane Essoniavit de communi Thomas Turner generosus Essoniavit de communi

<b>Jurati pro domina Regina cum Homagio</b>	Humfrus Emerson <b>generosus</b>	} <b>Jurati</b>	Johannes Heath	} <b>Jurati</b>	Robertus Badger senior	} <b>Jurati</b>
	Thomas Parrye <b>[generosus]</b>		Thomas Hamond		Johannes Cassinghurst	
	Elizeus Parrye		Johannes Staple		Ricardus Watford	
	Johannes Boane		Johannes Mathewe		Robertus Kingsland &	
	Henricus Hunter		Thomas Abeck		Henricus Mathewe	

**Qui dicunt** super sacramentum suum quod dant domino de communi fine iij<sup>s</sup> . / .

**Item** presentat quod Edwardus Reynoldes Humfrus Roper Johannes Starkey Johannes Fearinge Johannes Robertes Johannes Longe Johannes Hunt Reginaldus Stoughton Henricus Mathewe Johannes Staple Junior Edwardus Kippinge & Thomas Lane sunt residentes infra precinctum huius Visus Franci plegii Et ad hunc diem fecerunt defaltam Ideo quilibet eorum in misericordia ij<sup>d</sup> . / .

**Item** presentat quod Cristoferus Savage insultam & affraiam fecit super Georgium Barrett et traxit sanguinem de eodem Ideo ipse in misericordia iij<sup>s</sup> iij<sup>d</sup>

**Ad hanc Curiam Venit** Humfrus Emerson **generosus** Et fecit domino fidelitatem pro Uno mesuagio & sex acris terre sive sit plus sive minus vocatas Kennalles quas clamat tenere de domino istius Manerij per redditum viij<sup>d</sup> per Annum & sectam Curie &c . / .

**Item** eligerunt Johannem Longe Constabularium pro hoc Anno sequente Et iuratus est ad vere & fideliter exercendum officium predictum &c . /

**Item** eligunt Johannem Cassinghurst & Walterum Ethersalle ad officium decennariorum pro hoc Anno sequente Et iurati sunt ad vere & fideliter exercendum officium predictum &c . / .

**Ad hanc Curiam Venit** Ricardus Curstone filius Junior Cristoferi Curstone Et petit de domino admitti ad Unum tenementum cum tribus acras terre & Bosci sive plus sive minus cum pertinentiis Vocatum Gorye Landes in Dulwich Cui dominus per Senescallum suum concessit inde seisinam per virgam tenendum sibi & heredibus suis ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerij per redditum xij<sup>d</sup> per Annum & hereit cum accidit Et alia servicie & consuetudines inde prius debita & de iure consueta Et dat domino de fine prout patet in capite fecitque fidelitatem Et admissus est inde Tenens

Finis iij<sup>£i</sup>

**Cum** ad Visum Francij plegij cum Curia Baronis hic tentus die lune Videlicet xxvij<sup>o</sup> die Octobris Anno regni Domine Elizabeth nunc Regine Anglie xlij<sup>o</sup> presentatus fuit per homagium quod Paulus Bushie Customarius Tenens huius Manerij sursum reddidit in manus Domini per manus Nicholai Knyght et Thome Parrye duorum consimilium tenentium Manerij illius Unam acram terre customarie vocatam Kennalles Acre sive sit plus sive minus in Dulwich<sup>ch</sup> predicta abbuttantem super terram Francisci Caltone Armigeri versus Austrum & occidentem super regiam Viam versus orientem & super terram Humfri Emersoni generosi versus boream cum suis pertinentiis quibuscunque dicte acre pertinentibus Ad opus & Usum Humfri Emersoni Juniori & heredum suorum unde accidit domino de Hereitto iij<sup>d</sup> existentem annualis redditus quia nullus habuit animalia Et quia nullus venit ad sursum capiendum tenementa predicta ex manibus Domini Ideo preceptum est Ballivo seisis in manus domini eadem tenementa cum pertinentiis Et de exitibus inde domino respondere &c Et modo ad istam Curiam Venit predictus Humfrus per Humfrum Emersoni seniore Attornatum suum Et petit ad mitti ad premissa predicta cum pertinentiis Cui dominus per Senescal<sup>lum</sup> suum concessit ei seisinam per virgam tenendum sibi & heredibus suis ad voluntatem domini secundum consuetudinem Manerii per redditum & alia servicia & consuetudines inde prius debita & de iure consueta Et dat domino de fine [xxiiij<sup>s</sup> et] admissus est inde Tenens sed fidelitas respectat<sup>ur</sup> quousque &c /

Finis xxiiij<sup>s</sup>

**Ad hanc Curiam** dominus per Senescal<sup>lum</sup> suum concessit Humfro Emersoni seniori tam gubernacionem corporis predicti Humfri Emersoni Junioris quam occupacionem premissorum predictorum durante minorietate predicti Humfri Junioris Tenendum sibi & Assignatibus suis durante minorietate predicta ad Voluntatem domini secundum consuetudinem Manerii per redditum & alia servicia & consuetudines inde prius debita & de iure consueta Et dat domino de fine &c . / .

Finis iij<sup>s</sup> iij<sup>d</sup>

**Homagium** presentat quod Edmundus Boyer Armiger Johannes Boyer Generosus Nicholaus Foster Ricardus Cursons Thomas Turner & heredes  
Ode sunt Custumarii Tenentes istius Manerij debent sectam huic Curie Et ad hunc diem fecerunt defaltam Ideo eorum quilibet in misericordia ij<sup>d</sup>

**Item** presentat quod Tenentes de Little Brownings modo in tenura Thome Parry Usi fuerunt & habere consueverunt Viam per spacium  
triginta Annorum Vel eo circiter per quoddam Clausum vocatum Brownings in tenura Walteri Ethersalle ad agendum carandum &  
recarandum quodcunque &c . / .

**Preceptum** est Tenentibus de greate Bornes & Little Bornes escurare fossata a superiori parte eiusdem Usque ad communem tractum  
in Crocksted Venella ante primum diem Maij proxime sub pena xij<sup>d</sup> pro qualibet virgata tunc non confecta . / .

**Preceptum** est eiam Johanni Robertes ad faciendum Januam Vocatam a grate ad finem communis aque tracte vocate the comon suere exeuntis  
de Crocksted Lane in [blank] et ulterius preceptum est Johanni Mathewe ad erigendum postem suspendere eandem ante diem predictam  
sub pena vj<sup>s</sup> viij<sup>d</sup> utriusque eorum

Et ulterius presentat omnia bene

Summa huius Curie [blank]

[End of Roll K1 [previously L6].]